

wegen des Inhalts kaum Bedeutung besitzen, aber doch durch ihre Form und die Berufung auf 'dicta' von König Alfred eine Veröffentlichung rechtfertigen. Die erste Eintragung steht fol. 233 neben dem Leben von Papst Siricius:

Apostolici viri Siricii tempore gestum est, quod in Angulsaxonum regis Aelfredi veridicis dictis legitur. Ebraeae, Latine, Graecae aliarumque linguarum peritissimus beatus Ieronimus cum bibliotheca¹, quam de Ebraea in Latinam linguam verterat, Romam venit, ut situm loci videret et nosset, si populus cum apostolo² ea quae retro sunt oblitus fide, spe et caritate se extenderet in ante. Erat enim vir iste scriba doctus in regno caelorum, proferens de thesauro suo nova et vetera³. Nuntiatur papae mirae scientiae clericum matrem urbium penetrasse, cum eo loqui velle, dignetur solummodo concedere hoc agere sibi licere.

'Intret'⁴, ait papa, 'pronuntiet et mihi grata'.

Ingreditur sanctus, conscissa pelle velatus.

Tempnitur a cunctis nulla pietate perunctis.

Egressus pensat, crastino quid faciat.

Mutuo acceptis pretiosis se induit vestimentis. Clericis precedentibus librumque manu gerentibus, in auro texta clamide Romuleum perlustrat forum. Pro ornatu vestitus viri circumspicientes in ammirationem verti, et qui hesterno in oculis omnium vilis et parvus visus est, hodie pretiosus et magnus predicatur. Gradienti itaque beato Ieronimo de porta in portam Romuleae urbis dum unus cardinalium obviat,

subsistens illum summissa voce salutatur.

Sale⁵ sapientie condita haurit ab illius ore verba; eructans mox responsum ad apostolicum ingredi obsecrat. Cum quo cardinali ille summi pape Dei cardinalis prudentissimus papalia subit moenia. Quid multis? Vilitas vestium quem perendie dehonorat, nunc pretiositas

1) D. h. Bibel; vgl. z. B. Wattenbach, Das Schriftwesen im Mittelalter³ S. 152 ff. 2) Phil. 3, 13: 'quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extendens me ipsum'; 1. Cor. 13, 13: 'fides, spes, caritas'. 3) Matth. 13, 52: 'Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo nova et vetera'. 4) Die eingerückten Reime und Verse sind hier und nachher mit roter Tinte geschrieben, ebenso der Name Gregors I. und des Hieronymus am Schluss. 5) Col. 4, 6: 'Sermo vester semper in gratia sale sit conditus'.